

ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur; post hunc Apollinem¹ et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem: Apollinem² morbos depellere, Minervam operum³ atque artificiorum initia⁴ tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent; cum superaverunt, animalia capta immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspici licet⁵; neque saepe accidit, ut neglectam quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita⁶ tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

¹supply colunt. ²supply arbitrantur. ³the rudiments of arts and crafts. ⁴teaches. ⁵one may see. ⁶deposited as an offering.

XXXIX.

Marriage and funerals among the Gauls (Caes., Bell. Gall., VI., 19).

Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; et cum pater familiae illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et, de morte si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum¹ quaestionem habent et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas² interficiunt. Funera sunt pro cultu³ Gallorum magnifica et sumptuosa; omniaque, quae vivis cordi fuisse⁴ arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam⁵ servi et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis⁶ unam cremabantur.

¹as with slaves, i.e., by torture. ²agreeing with uxores understood. ³considering the civilisation. ⁴be dear to. ⁵shortly before my time. ⁶after the regular funeral ceremonies were over.

XL.

Laws against gossiping (Caes., Bell. Gall., VI., 20).

Quae civitates commodius¹ suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum,² si quis quid de re publica (*politics*) a finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat neve³ cum quo alio communicet, quod⁴ saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumcribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus, quae visa sunt,⁵ occultant, quaeque esse ex usu iudicaverunt,